



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

5. De voto pœnali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P. IV.

*Vtrum melius magisque meritorium sit opus ex
voto, quam sine voto.*

M^Agis meritorium & melius est opus ex voto, quam sine voto; prob. Nobilioris veritatis nobilior est opus: Religio autem omnium virtutum moralium nobilissima est. V. C. Opus temperantiae votum in Deo honorem actionis virtutis, neimpe religionis, honestatem consequitur. Confirmatur; quia omittens opus bonum voto promissum sacrilegium committit grauius peccans, ergo qui obseruat magnam virtutis laudem à Deo consequitur: quia oppositorum eadem est ratio oppositâ; neq; congruit diuinæ justitiae, vt voti transgressionem plus puniat, quam eius obseruaticinem remuneret.

Necessitas implendi voti non minuit libertatem voluntatis, quia homo iustus sponte ac libere operatur, quod lex iubet licet forte non operaretur nisi lex iuberet.

Poenitentia voti si efficax non sit, nihil culpæ habet, quia talis simplex displicentia non versatur circumatum & prohibitum obiectum. Nam sicut ab initio potuit homo nolle vouere, ita postea optare potest, quod non voulisset, est tamen actus otiosus propter periculum prævaricandi votum maximè votorum perpetuorum, potest fieri interdum mortale.

C A P. V.

De voto pœnali.

V^Orum pœnale dicitur cum quis minimè affetus est ad rem, quam in pœnam vouer, sed ideo

Ddd 3 eam

cam promittit, si crimen commiserit, ut retrahatur a
crimine v.c. Voueo, me ingressorum religionem si
fornicatus fuero, aut eleemosynam in poenam dan-
rum si lusero.

2. Si opus principale illicitum vel impossibile fiat,
aut eius praestandi obligatio per dispensationem tol-
latur, cadit etiam obligatio poenae, quippe quæ ut ac-
cessoria promissa erat v.c. si quis vouet, si cum hoc
homine, cum quo inimicitias gerit, loquutus fuerit,
in poenam se ieiunaturum, nulla est obligatio penae
quod per dispensationem etiam poena tollatur: pro-
batur, quia poena habet ordinem ad transgredio-
nem, atqui post dispensationem locum non habet
transgressio voti. Ergo neq; poena, quod si trans-
gressus quis sit, obligatur poena.

3. Ignorantia vel obliuio excusans à culpa, itidem
excusat ab annexa poena, quippe quæ locum non ha-
bet, vbi voluntaria transgressio non est, & id etiam
locum habet in ignorantia facti, y.c. si voulis, te mil-
sam auditurum diebus festis, & nisi audieris, te ele-
mosynam daturum, sed postea intermitis, qui
non recordaris diem festum esse, perinde est, acha-
liâ iustâ causâ impeditus es.

4. Votum si blasphemiam imposterum dixerit, de-
bo in eleemosynam unum aureum plerumq; intelli-
gitur roties, quoties peccatum commissum fuerit, si
nimirum intentio fuerit vountis, in perpetuum si-
bi interdicere peccandi facultatem sub propria poe-
na, siv ero non constet de intentione vountis, tunc
pro prima vice solueuda est poena, quia cum de in-
terpretatione voti agitur benignior pars in dubio
acceptanda est, salua verborum proprietate.